

Franci dicunt, hoc pacto accepit,
 ut, si rex Castellae sine legitimo
 moreretur herede, domina Blanca
 tanquam primogenita succederet.
 Mortuus igitur relinquit filium,
 qui Henricus vocatus est. Quo ex per-
 cussione cuiusdam lapilli mortuo
 soror iunior dicta Berengaria uxor
 regis Legionensis regnum patris cum
 filio suo per uolentiam occupat.
 Tunc sanctus Luduicus questionem
 mouet regi Alfonso pro iure matris.
 Quae questio sit sedatur. Datur enim
 filiam suam dictam Blancam primo-
 genito illius dicto Ferdinando,
 hac condicione quod, si Ferdinan-
 dus de domina Blanca haberet fi-
 lium et ipse Ferdinandus premor-
 retur patri, filius Ferdinandi in
 regno succederet. Casus euenit et
 mortuus Ferdinandus duos ex do-
 mina Blanca relinquit filios. Rex
 autem Alfonso dicta pacta non ser-
 uauit. Omnes enim barones